



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Doctrina de sanctiſſimis Pœnitentiæ & extremæ Vnctionis Sacramentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

SESSIO DECIMA QVARTA,

QVÆ EST QVARTA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XXV. NOV. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis & Penitentia & extrema Vnctionis Sacramentis.



ACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuncijs, quamuis in decreto de a Iustificatione multus fuerit

a Supra Sess. 6. cap. 14.

de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus: tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diuersorum errorum est multitudo, vt non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem & plenionem definitionem tradidisse; in qua demonstratis & conuulsis, Spiritus sancti præsidio, vniuersis erroribus, Catholica veritas perspicua & illustris fieret; quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuò seruandam proponit.

REMISSIONES.

DE Pœnitentiæ Sacramento bene scripserunt Theologi cū Magistro in 4. dist. 14. D. Thom. p. 3. q. 84. Vbi P. Egid. de Conink. tract. de Sacram. disp. 1. cum sequentibus doctiss. P. Soar. tom. 4. de Pœnit. Petr. de Ledesin. in summa part. 1. tract. de Pœnitentiâ, Viuald. in Candelabro Aureo de Sacrament. Par. Valeri Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. Cardin. Bellarm. de Pœnit. Par. Henriq. in summa lib. 4. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. quæst. 3. cum tribus sequent. P. Luc. Pinell. de Sacrament. Pœnitentiæ.

CAPVT I.

De necessitate & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga DEVM esset, vt iustitiam, in Baptismo ipsius beneficio & gra-

gratia susceptam, constanter tuerentur: non fuisset opus, aliud ab iplo Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. *a* Quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit figmentum nostrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ; quo lapsis post Baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. *b* Fuit quidem Pœnitentia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam & iustitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismo Sacramento ablui periiissent, vt, peruersitate abiecta & emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio & pio animi dolore detestarentur; vnde Propheta ait: *c* Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: *d* Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo iniciandis pœnitentiam commendans, dicebat: *e* Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Porrò nec ante aduentum Christi Pœnitentia erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum, Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit; cum mortuis excitatus, insufflauit in discipulos suos, dicens: *f* Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos & deleos post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, vniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Et Nouatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica, tamquam hæreticos explorat atq; condemnauit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes

a infra Can.*z* Psal. 102.

Ephes. 2.

Sic Innoc. 1.

Epist. 91. inter

Epist. Aug.

Nō quamuis

remissa,

6. & Cy

priani ab

Aug. ratius

lib. 2. contra

Iulian. c. 8.

Quam beni

gna, quam

necessaria.

b supra Sess.

6. cap. 4. de

instit. Conc.

Cabilon. c. 8.

c Ezech. 18.*d* Luc. 13.*e* Act. 2.*e* agunt. & c.

Propria de

concl. dist. 4.

qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Euangelium annunciandi, contra huiusmodi Sacramenti institutionem falsò detorquent.

REMISSIONES.

Vide Sayr. de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 2. q. 1. art. 1. vers. de Pœnitentiæ Sacramento. P. Gabr. Vasquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 2. disp. 135. num. 10. P. Egid. de Conink. de Sacrament. & censur. tom. 1. q. 66. num. 140. P. Valer. Regin. in praxi fori pœn. lib. 28. num. 39. cum seqq.

CAPVT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ & Baptismi.

Alterum hoc Sacramentum a multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur. nam præterquam quòd materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissimè distat: constat certè, Baptismi ministerium iudicem esse non oportere; cùm Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non priùs in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. b Quid enim mihi, inquit Apostolus, de ijs, qui foris sunt, iudicare? Secùs est de domesticis fidei, quos Christus Dominus c lauaro Baptismi sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito Baptismo abluì, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tamquam reos, sisti voluit; vt per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possent liberari. Alius præterea est Baptismi, & alius Pœnitentiæ fructus. per Baptismum enim Christum d induentes, noua prorsus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus & laboribus, diuina id exigente iustitia, petuenire nequam possumus: s vt meruò pœnitentiæ laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est 7 autem

a supr. Sess. 4. de iustif. c. 1. 4. & infra Can. 4.

b 1. Cor. 5. in fi. c. multi. 2. q. 1. c. gaudentes, de diuor. c. 1. Cor. 12. b. c. verbum, de pœn. dist. 1.

d Galat. 3.

prædicatio
declaratio
sacerdotum

REMISSIONES.

^a Vide P. Egid. de Conink. de Sacram. & censur. q. 68. art. 3. num.
 41. Gregor. de Valentia, tom. 4. disput. 7. q. 1. puncto. 5. P. Socin.
 tom. 4. disp. 17. sect. 1. §. Secunda veritas Fidei, P. Valer. Regin. in praxi
 fori pœn. lib. 28. n. 38.

^β *Vt meritò Pœnitentiæ laboriosus, &c.*] Vide Nau. in cap. vi. de
 pœn. dist. 7. §. Quod quamuis, num. 10. & 11. Sayr. de Sacram. in generali
 5. c. 1. q. vnic. art. 2. vers. de Pœnit.

^γ *Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad
 salutem necessarium.*] Vide P. Henric. in sum. lib. 4. c. 2. §. 2. P. Valer.
 Regin. in praxi fori pœn. lib. 6. num. 42.

C A P V T III.

De partibus & fructu huius Sacramenti.

Docet præterea sancta Synodus s^c Sacramenti Pœni-
 tentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in
 his ministri verbis positam esse: Ego te absoluo, &c. quibus
 quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam in-
 dabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam
 nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti admi-
 nistrationem sunt necessaria. Sunt β autem quasi materia huius
 Sacramenti, ipsius pœnitentis actus, a nempe Contritio, Con-
 fessio & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem
 Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum
 remissionem ex Dei institutione requiruntur, huius
 ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res & effectus
 huius Sacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam
 pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum
 in viris pijs & cum deuotione hoc Sacramentum peccan-
 tibus, conscientiæ pax ac serenitas cum vehementi
 spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus & effectibus
 huius Sacramenti sancta Synodus tradens, summe
 eorum sententias damnat, qui Pœnitentiæ partes, in-
 cos conscientiæ terrores & fidem esse contendunt.

^a Supra Sess.
 6. de re sist.
 cap. 14. & in-
 fra Can. 4.

REMISS.

REMISSIONES.

Sacramenti Pœnitentiæ formam. *¶* Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 1. c. 3. q. vnic. art. 5. vers. in Pœnitentiæ Sacramento. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 4. dub. 8. à num. 49.

¶ Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentiæ actus. Vide Nau. in man. prælud. 10. nu. 3. & in sum. de pœnit. dist. 5. nu. 18. Sayr. d. lib. 1. c. 3. q. vnic. art. 7. vers. Ad primum in med. P. Henric. in sum. lib. 4. cap. 9. cum seqq. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 4. à num. 27. & præcipue, num. 32.

CAPVT IV.

De Contritione.

Contritio, à quâ primum locum inter dictos pœnitentiæ actus habet, animi dolor *¶* ac detestatio est peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius; & in homine post Baptismum lapsio ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ & voto præstandi reliqua coniunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus hanc Contritionem, non solum cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere; iuxta illud: *¶* Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaticati estis; & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et certè, qui illos Sanctorum clamores considerauerit, *¶* Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: *¶* Laboraui in gemitu meo; lauabo per singulas noctes lectum meum: *¶* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ; & alios huius generis: facile intelliget, eos ex vehementi quodam antea vitæ odio & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, etiam Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemq; Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni; sine Sacramenti voto, quod

¶ supra Sessio 6. de iustif. c. 6. & 14.

¶ bisfr. Can. 11. c. Ezech. 18.

¶ d. Psal. 50. c. Et unum. d. pan. dist. 1. s. 10. am. de pan. dist. 1. c. 1. sal. 6. c. Esa. 38.

K in illa

In illa includitur, non esse adscribendam. y illam verò *Contritionem imperfectam*, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; declarat, non solum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse & Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quamuis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat; tamen ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter & concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem quidem calumniantur Catholicos scriptores, qui tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absq; bono motu suscipientium gratiam conferre: quod numquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. sed & falsò docent; Contritionem esse exortam & coactam, non liberam & voluntariam.

*a Ionæ 3.
Matth. 12.
Luc. 11.
e. quamobrè,
de pœn. dist. 10.*

REMISSIONES.

*V*ide Pat. Henric. in sum. lib. 4. cap. 17. cum seqq. Balduin. Junior. super opera controuers. Bellarm. p. 2. lib. 2. c. 3. Pat. Aegid. de Sacram. tom. 1. q. 68. n. 30. & tom. 2. disp. 1. dub. 2. n. 13. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Pœnitentiâ, cap. 4. & 7. P. Luc. Pinell. de Sacram. Pœnitentiæ tract. de Contrit. §. *De detestatio.* Vide P. Paul. Comitoli. responsorum moral. lib. 4. q. 32. num. 2. vers. Qui verò. y *illam verò Contritionem imperfectam, &c.* Vide Pat. Henric. in sum. lib. 4. cap. 17. §. 4. & c. 26. §. 5.

CAPVT V.

De Confessione.

*b Luc. 1. &
17. Iac. 1.
1. Ioh. 1.
infra Can. 6.*

*E*X institutione Sacramenti Pœnitentiæ iam explicita, vniuersa Ecclesia semper intellexit institutum etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem &

& omnibus post Baptismum lapsis iure diuino necessariâ
 existere: quia Dominus noster Iesus Christus, a terris
 ascensus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius vicarios reli-
 quit, tamquam præfides & iudices, ad quos omnia mor-
 talia crimina deferantur, in quæ Christi fideles cecide-
 rint: quo, pro potestate Clauium remissionis aut reten-
 tionis peccatorum, sententiam pronuncient. Constat e-
 nim, sacerdotes iudicium hoc, incognita causa, exercere
 non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis in-
 iungendis seruare potuisse, si in genere dumtaxat, & non
 potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declara-
 sent. *b* Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus *β* omnia
 peccata mortalia, quorum *γ* post diligentem sui discussionem
 conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi
 occultissima illa sint, & tantum aduersus duo vltima
 Decalogi præcepta commissa, quæ nonnunquam ani-
 mum grauius sauciant, & periculosiora sunt ijs quæ in
 manifesto admittuntur; nam venialia, quibus à gratia
 Dei non excludimur, *d* & in quæ frequentius labimur,
 quamquam rectè & vtiliter, citraque omnem præsum-
 ptionem in Confessione dicantur, quod piorum homi-
 num vsus demonstrat; taceri tamen citra culpam, mul-
 tisque alijs remedijs expiari possunt. Verùm, cum vni-
 uersa mortalia peccata, etiam cogitationis, *e* homines iræ
 filios, & Dei inimicos reddant; necessum est, omnium
 etiam veniam, cum aperta & verecunda Confessione, à
 Deo querere. Itaque dum omnia, *δ* *ε* quæ memoriæ occurrunt
 peccata, Christi fideles confiteri student, proculdubio
 omnia diuinæ misericordiæ agnoscenda exponunt. Qui
 verò secus faciunt, & scienter aliqua recinent, nihil di-
 uinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.
 Si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere,
 quod ignorat, medicina non curat. *ζ* Colligitur præterea,
 etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse,
 quæ speciem peccati mutant: quòd sine illis peccata ipsa
 neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudici-
 bus innotescant; & fieri nequeat, vt de grauitate crimi-
 nis innotescant; & fieri nequeat, vt de grauitate crimi-

a Ioh. 20.
Matth. 18.
c. veroum. de
pan. dist. 1.
et c. adhuc.
de pœni. dist. 1.

b inf. Can. 8

c Dent. 5

d sup. Sess. 6.
Can. 23. c. ad-
huc. et c. de
quotidian. de
pan. dist. 3.

e Ephes. 2

Incipit Tractatus
 de declaratione
 peccatorum

num rectè censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere, vnde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut vnâ tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim, nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigere, quàm vt, postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientia suâ sinus omnes & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum, eadem Confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *a*

a Psal. 141.

Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa vero huiusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, grauis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis & consolationibus leuaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per Absolutionem certissimè conferuntur. *x.* Caterum, quò ad modum confitendi secretò apud solum sacerdotem, et si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesie offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præsertim secreta, publica essent

b Conc. Cabilen. c. 33.

Confessione aperienda. Vnde cum à sanctissimis *b* & antiquissimis Patribus, magno vnanimiq; consensu secreta Confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta vsa est, & modò etiam vitur, fuerit semper commendata; manifestè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse docere non verentur. Neq; enim per Lateranense Concilium Ecclesia *d* statuit, vt Christi fideles

c infra Con. 8. c. 14.

d Conc. Lateran. sub Innoc. III.

cap. 21. c. 6.

mnu vtriusque, de pœn.

c. remiss.

con-

confiterentur, quod iure diuino necessarium & institutum esse intellexerit; *sed ut præceptum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur.* Vnde iam in vniuersa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obseruatur mos ille salutaris confitendi, sacro illo & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem hæc S. Synodus maximè probat & amplectitur, tamquam pium & meritò retinendum.

DECLARATIONES.

1. Ceterum, quò ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem.]
Die 20. Iun. an. 1602. in generali congregat. S. N. Vniuersalis Inquisitionis habitè in palatio Apostolico in monte Quirinali coram S. D. N. Domino Clemente diuina providentia Pap. VIII. proposita questione: Vtrum liceat per literas seu per internuntium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri: & ab eodem absente absolutionem obtinere: SS. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalib. contra hæreticam prauitatem generalib. inquisitoribus maturè ac diligèter considerata, hanc propositionem, scil. *licere per literas seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere:* ad minus vti falsam, temerariam & scandalosam damnauit & prohibuit: præcepitque, ne deinceps ista propositio publicis priuatisquelectionibus, concionibus & congressibus doceatur, neve vquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputationem tractauerit, ni forsan impugnando, seu ad praxim directè vel indirectè dixerit, præter excommunicationem late sententiæ, quam ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque dignitate fulgente, etiam S. R. E. maiori pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligentis subiaceat.

REMISSIONES.

1. Vide Nau. in man. c. 2. nu. 1. ad 5. & c. 2. nu. 30. & 34. & c. 27. n. 269. & in sum. de pœnit. dist. 1. n. 18. P. Henriq. in sum. lib. 5. ca. 1. Petr. Ledesm. in summ. p. 1. tract. de Sacram. Pœnit. c. 8. à principio, P. Luc. Pinell. de Pœnit. Sacram. tract. 2. de Confessione, c. 1. cum seqq. P. Ægid. de Sacram. & censur. to. 2. disp. 4. à n. 27. P. Valer. Regin. in praxi fori pœn. lib. 6. à n. 28.

§ *Omnia peccata mortalia.*] Quod laici, qui tantum habent venia-
lia, non obligantur perse confiteri, cum non sint materia necessaria,
tenent omnes. Regulares tamen videntur ex statuto, & consuetudi-
ne obligari sub veniali, vt aliquod ex his fateantur semel in mense,
aut ex alijs à quibus iterum fuerat absolutus; quia videtur aliquo
modo confiteri eo tempore, resoluunt P. Henriq. li. 4. cap. 4. in fine,
P. Azor. inst. moral. p. 1. li. 7. c. 28. q. 3. P. Soar. tom. 4. disp. 36. sect. 3. n. 6.
P. Valeri. Reginald. d. lib. 6. num. 44. P. Egid. d. tom. 2. disput. 5. à num.
51. P. Luc. Pinell. d. tract. 2. de Conf. cap. 7. dub. 2. & ca. 8. post princip.
¶ *Post diligentem sui discussionem.*] Quod pœnitens præmittere de-
beat debitam, & diligentem conscientiaë discussionem, post multos,
quos refert, docent P. Henriq. li. 5. c. 5. à princip. Petr. Ledesm. d. tract.
de Pœnit. c. 16. cõncl. 6.

¶ *Quæ memoria occurrunt.*] Vide Nau. in man. c. 21. n. 35. P. Henriq.
d. lib. 5. c. 3. §. 4.

¶ Vtrum si quis in confessione facta hoc anno aliqua peccata mor-
talia omiserit per obliuionem excusabilem, vel aliquam causam ra-
tionabilem, teneatur vt præcepti Ecclesiastici statim confiteri e-
dem peccata? Negant post Victor. & Nauarr. P. Valeri. Reginald. d.
praxi fori pœnit. lib. 6. num. 49. P. Luc. Pinell. d. tract. 2. de Confess.
c. 7. dub. 3.

¶ *Colligitur præterea etiam eas circumstantias, &c.*] Vide Nauarr.
Man. cap. 6. num. 3. & in cap. Consideret, de Pœnit. dist. 5. num. 10.
cum seqq. Pat. Henriq. in sum. lib. 5. cap. 6. cum seqq. Sayr. in clar.
reg. lib. 2. cap. 3. P. Valeri. Reginald. d. lib. 6. num. 110. cum seqq. P. E-
gid. d. tom. 2. disp. 7. num. 8. cum sequentib. Petr. Ledesm. d. tract. de
Pœnit. cap. 18. P. Luc. Pinell. de Pœnit. Sacram. tract. 2. de Conf. cap. 7.
cum seqq.

¶ *Sed vt præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus, &c.*
Concordat cap. Omnis vtriusq; sexus, de Pœnit. & Remiss. Vide P.
Henriq. in sum. li. 4. c. 3. §. 2. lit. I. P. Egid. d. tom. 2. disp. 5. à num. 45.
P. Luc. Pinell. d. tract. 2. de Confess. c. 7.

¶ An hic annus computetur à Paschate vsque ad Pascha? Affir-
mant Pat. Soar. tom. 4. disput. 36. sect. 3. num. 8. P. Azor. instit. mo-
ral. p. 1. lib. 7. cap. 28. quæst. 6. P. Valeri. Reginald. d. lib. 6. num. 56. P.
Egid. d. disput. 5. num. 56. P. Luc. Pinell. d. tract. 2. de Confess. cap. 7.
dub. 1.

¶ An satisfaciatur huic præcepto quocunque anni tempore confite-
ndo? Negant Victor. in sum. num. 137. P. Henriq. lib. 4. cap. 4. num. 7.
P. Valqu. quæst. 90. art. 3. dub. 1. num. 5. & 15. P. Egid. d. disp. 5. num. 57.
cum seqq.

CAPVT VI.

De ministro huius Sacramenti, & Absolutione.

Circa ministrum autem huius Sacramenti, declarat
 sancta Synodus, falsas esse & à veritate Euangelij
 penitus alienas doctrinas a omnes, quæ ad alios quosuis
 homines præter Episcopos & Sacerdotes, Clauium mini-
 sterium perniciosè extendunt; putantes verba illa Domi-
 ni, *b* Quæcumq; alligaueritis super terram, erunt alligata
 & in cælo; & quæcumq; solueritis super terram, erunt so-
 luta & in cælo; *c* & Quorum remisistis peccata, remit-
 tuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes
 Christi fideles indifferenter & promiscuè, *d* contra insti-
 tutionem huius Sacramenti, ita fuisse dicta, vt quius
 potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem
 per correptionem, si correptus acquieuerit; secreta verò
 per spontaneam confessionem, cuiuscumque factam. Do-
 cet quoque, etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenen-
 tur, per virtutem Spiritus sancti in ordinatione collaram,
 tamquam Christi ministros, functionem remittendi pec-
 cata exercere; eosq; prauè sentire, qui in malis sacerdoti-
 bus hanc potestatem non esse cõtendunt. *e* Quamuis au-
 tem Absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio;
 tamen non est solum nudum ministerium, vel annunci-
 andi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed
 ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut à iudice sen-
 tentia pronuntiatur. atq; ideò non debet pœnitens ad eò
 sibi de sua ipsius fide blandiri, vt etiam si nulla illi adsit
 contritio, aut sacerdoti animus seriò agendi & verè ab-
 soluendi desit; putet tamen se, propter suam solam fi-
 dem, verè & coram Deo esse absolutum. nec enim fides
 sine Pœnitentia remissionem vllam peccatorum præsta-
 ret; necis esset, nisi salutis suæ negligentissimus, *f* qui sa-
 cerdotem ioco se absoluentem cognosceret; & non
 alium, seriò agentem, sedulo
 requireret.

a *infra* Can. 10.*b* *Matth.* 16. & 18.*c* *Isa.* 20.*d* *supra* Sess. 7. de Sacram. Can. 10.*e* *c. secundum* Eccles. 19. dist. 6. c. non nocet. 1. q. 1.*f* *infra* Can. 9.

Vide post finem huius libri.

K 4

REMIS-

REMISSIONES.

^a Vide P. Valer. Regin. in praxi fori pœn. lib. 1. c. 1. P. Ægid. de Sac. tom. 2. disp. 8. per totum.

^β Qui Sacerdotem ioco se absoluentem, &c.] Vide P. Henric. in sum. lib. 4. c. 11. §. 6. lit. N.

CAPVT VII.

De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos dumtaxat feratur, & persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti Absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Magnopere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibusuis, sed à summis dumtaxat sacerdotibus absoluerentur. *b* vnde mentio Pontifices Max. pro suprema potestate, sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin *β* & hoc idem c. Episcopis omnibus in sua cuiusq; diocesi in edificationem tamen, non in destructionem, liceat; pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quo ad illa, quibus & excommunicacionis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est diuinæ auctoritati, non tantum in extera politia, sed etiam coram Deo vim habere. *d* verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis peccat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, *d* & vt nulla sit reservatio in articulo mortis: *3* atque ideo *d* omnes sacerdotes & quoslibet penitentes à quibusuis peccatis & censuris absolueri possunt; extra *u* quem articulum sacerdotes cum *v* & nihil possint in casibus reservatis, id vnum peni-

a c. *β* Episcopus, de pœn. in 6.
b c. *β* si quis suadente, 17.
g. *4*. c. ita quorumdam, de iud. c.
 conquest. de sent. excom.
 c. quicunq; eo. iii. in 6. & c. 2. eod. tit. in Clement. c. *β* si dominium, de pœn. in extrauag. comm. cum sim. Rom. 13.
 c. Vide sess. 24. c. 6. post matrimonium.
d c. felicis, de pœn. in 6. c. pastoralis, de off. ord. c. cupientes, de pœn. in Clem. c. inter cunctas, de pœn. in extrauag. comm. c. Calest. Episc. 2. cap. 2. & 4. Carthag. c. 11. & 76. Tolitan. cap. 12.

pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio Absolutionis accedant.

DECLARATIONES.

1 Sed à summis dumtaxat sacerdotibus absoluentur.] Idem etiam possunt Prælati Regulares in Regulares sibi subiectos, & inferiores Episcopis seculares, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem in loco, & nulli Diœcesi, nec ipsi, nec eorum subditi, substant.

2 Excommunicationis censura annexa est.] Regulares non possunt ex privilegijs, præsertim ex illo, quod mare magnum appellant, eis concessis, absoluerè quemquam in casibus quos Episcopus sibi reseruat, nec possunt absoluerè ad cautelam, tam in exteriori, quàm in interiori foro eos, qui incidisse videntur in Bullam Cœnæ Domini. At omnes, qui audiunt confessiones, possunt absoluerè à casibus Episcopo reseruatjs virtute Bullæ tubilari indictæ à summo Pœnitenti, cum facultate absoluedi à quibuscunq; enormitatibus reseruatjs Sedi Apostolica, etiam in Bulla Cœnæ Domini: sed hoc nõ contingit ipsis virtute privilegiorum, & facultatum perpetuo concessarum ipsis Regularibus, & Cõfraternitatibus, vtputà Rosarij, & aliorum prout in locorum: vt in libro literarum fol. 143. comprehenduntur etiam exempti, non autem qui sunt nullius Diœcesis, qui, vt supra, possunt reseruare sibi casus.

3 Atq; ideo omnes Sacerdotes.] Etiam si isti Sacerdotes essent excommunicati, & denunciati, extra quem articulum, scilicet mortis, cum nihil possint, grauiter etiam peccant, excommunicationemque incurunt.

Regulares per privilegium, quod mare magnum vocatur, facultatem non habent absoluedi pœnitentes, in casibus Episcopis reseruatjs. Quamobrè neque Mendicantes, neq; Iesuitæ, neq; alij vigore magni maris absoluerè possunt à casibus reseruatjs Episcopo.

Confessores in vim privilegiorum Rosarij non absolunt confidentes à casibus reseruatjs Episcopo, nisi privilegia ipsa talè habeant facultatem, vel sint obrepta, vel confirmata post Concil. Triid. Quare, fratres Mendicantes, & cuiuscunq; ordinis Regulares, in vim privilegiorum, non absolunt à casibus Episcopo reseruatjs. Cõgregatio censuit, Anno 1587. die 30. Ianuar. Episcopum posse aduersus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis confiteri, & Eucharistiam sumere neglexerint, etiam vsque ad excommunicationem procedere: etsi enim c. Omnis viri, q. sexus, de pœnitent. & remiss. ab Ecclesia velitaræcendos, ea tamen pœnà differt ab Excommunicatione, iuxta Couar. in c. Alma mater, de sentent. E. comm. Episcopus ergo potest aggrauare pœnas à iure communi statutas, quia cum tales confessionem & communionem negligentes, mortaliter peccent, ab Episcopo excommunicari possunt. Quia etiam eadẽ Congregatio eadem die

...ncij. In
...declara
...deat
...ca. scilicet

die censuit; Episcopum talibus pro satisfactione pœnas pecuniarum pio loco applicandas imponere posse, cum hæc aliquando magis amoveantur. Verum tamen eadem Congregatio die supradicta censuit non expedire, ut Episcopus sibi referret absolutionem eorum, quæ temporibus sic constitutis negligunt confiteri, & communicare.

REMISSIONES.

Vide P. Henriq. in sum. li. 6. c. 9. §. Pat. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 1. num. 25. P. Ægid. de Coniuck. de Sacrament. censur. tom. 2. disp. 8. à nu. 75.

Cum nihil possint in casibus reservatis.] Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit. Regulares per privilegium, quod mare magis vocatur, facultatem non habent absolvendi pœnitentes à casibus Episcopis reservatis. refert Fr. Ludou. Beja respons. casuum conscientiar. 2. casu 21. in fin. vers. Nunc tamen, & p. 3. casu 7. in fin. vers. Hoc tamen qui etiam resoluit, postea per Gregor. XIII. fuisse specialiter confirmatum, ut possint absolvere, & hanc concessionem fuisse viue oraculo factam Patribus Societat. Iesu, eaque per communicationem gaudere omnes Mendicantes, & multi sapientissimi Doctores indistinctè tenent, Concilium in præsentem non intendere derogare antiquo Regularium privilegio, quod iuri Communi inferum habet ratione favoris, sicut & ius commune; & posse Regulares absolvere à reservatis Episcopo casibus etiam post Concil. Trid. huiusmodi subscribere P. Henriq. in sum. li. 6. cap. 6. §. 4. P. Mart. Dequir. magic. l. 6. c. 1. sect. 3. in med. pag. mihi 477. Fr. Emman. quæst. gul. tom. 1. qu. 61. art. 1. & 3. cum seq.

Quod pœnitens vigore facultatis à Summo Pontifice concessæ Societati cum clausula, ut ingrediens in talem Societatem possit solvi ab omnibus casibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, etiam absolvi à quicquidque reservatis Episcopo tam à iure quàm ab homine, resoluit Fr. Ludou. Beja respons. casuum conscientiar. 2. casu 21. per totum.

Quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuiusque diocesi, in absolutionem tamen non in destructionem, &c.] Posse Episcopum referre sibi casus plus, minusve, iuxta maiorem, vel minorem contentionem, quos in sua diocesi habet, idoneitatem, capacitatem, &c. resolutionem resoluit Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verbo Casus contentionis, pag. 88.

Vtrum sicut Episcopus per hunc tex. dispensat in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus nisi sint ad forum contentiosum deductæ, & nisi ex homicidio homicidario proveniant, ita etiam possint Abbates habentes iurisdictionem quasi episcopalem dispensare? Affirmat Floref. vari. li. 3. q. 2. 4. in fine.

Veruntamen præ admodum, &c.] Vide Sayr. de Sacram. in p. li. 2. c. 8. q. 2. art. 2. vers. Secunda in fine.

¶ *Ut nulla sit reservatio in articulo mortis, &c.*] Vide Nauar. conf. 15. de pœnitent. & remiss. P. Azor. instit. Moral. p. 1. lib. 8. cap. 19. pag. 795. Nauar. in princip. de pœnit. dist. 6. Azueved. ad l. 5. num. 5. verif. Est tamen verum, si. lib. 1. nouæ Recop. Guttier. Canon. li. 1. cap. 1. nu. 58. P. Paul. Comitol. respons. Moral. lib. 1. q. 2. i. n. 1. & q. 22. n. 2. & lib. 5. q. 74. nu. 3. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 1. a num. 38. P. Egid. de Sacram. tom. 2. disp. 8. nu. 90. cum seqq. P. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. c. 13. plures refert Cened. ad decretum collect. 24. num. 5. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Pœnit. c. 14.

¶ *Quod omnis Sacerdos quoslibet pœnitentes, à quibuslibet peccatis absolueret possit, & excusetur ab irregularitate Clericus, qui excommunicatione maiori innodatus, interdictus, aut suspensus absoluerit constitutum in mortis articulo, tradunt Viuald. in Candelab. Auteo p. 1. tit. de Absolutione num. 64. Nauar. in Man. ca. 27. nu. 271. verif. Seprimò quod, Salzed. ad Bernard. in præct. cap. 33. lit. A. verif. Excusabitur, Guttier. Canon. lib. 1. c. 1. a num. 56. plures per Cened. ad Decretal. collect. 25. nu. 9. P. Paul. Comitol. respons. Moral. li. 6. q. 27. Ludou. Beia resp. casuum conscient. p. 4. casu 6. Pet. Ledesim. d. tract. de Pœnit. c. 14. concl. 1. dub. 4.*

¶ *In articulo mortis, &c.*] Articulus mortis in hac materia quis dicatur: Vide apud Syluest. verbo Absolutio i. num. 10. P. Valer. Reginald. d. lib. 1. numer. 59. Nau. in Man. cap. 27. num. 271. Couarr. in cap. Alma, p. 1. §. 11. num. 8. Viuald. in Candelab. cap. de absolut. num. 60. P. Soar. tom. 4. disp. 26. sect. 4. qui resoluunt, non posse absolui à simplici Sacerdote omnem transgredere volentem, sed credentē, aut dubitantem probabiliter se naufragaturum, aut alias de vita periclitaturum: similiter non quemlibet obsessum ab hostibus, sed telis impugnatum; nec quamuis mulierem prægnantem, sed eam, quæ periclitatur de vita arbitrio prudentis viri.

¶ *Quoslibet pœnitentes.*] Quod in articulo mortis absolui poterunt hæretici à quocunq; Sacerdote, absque aliqua bulla, vel privilegio, tenet P. Azor. instit. Moral. p. 1. lib. 8. c. 19. qu. 5. & resoluit post Guttier. Roias, Simanc. & alios Cened. ad Decret. collect. 103. n. 3. verif. in mortis.

¶ *Omnes sacerdotes.*] Non comprehendit hæreticū docent B. Thom. 3. p. q. 82. art. 7. ad 2. & in 4. dist. 19. qu. 1. art. 2. ad 7. Nau. in Man. c. 26. nu. 26. Cou. in cap. Alma, p. 1. §. 6. nu. 8. Possit tamen Catholicum Pœnitentiæ Sacramentum percipere ab hæretico in extremo vitæ periculo, tenent Can. in Relect. de pœnit. p. 5. P. Valer. d. li. 1. nu. 60. P. Egid. d. tom. 2. disp. 14. a nu. 234. post B. Antonin. Angel. Rosel. & alios P. Azor. instit. Moral. p. 1. lib. 8. c. 11. q. 12.

¶ *An possint, si proprius Sacerdos sit præsens, vel possit facile haberi?* Affirmant Nauar. conf. 15. sub tit. de pœnit. Sayr. decis. 21. cod. tit. P. Valer. Reginald. d. lib. 1. nu. 60. qui dicunt consultè facturum esse, qui

qui presente suo Parocho, vel superiore, ab eo potius, quam ab alio se absolui curat.

*a de pen. dist. 20
3. circa princ.* *λ* *Et censuris absolueri possunt.* Vide P. Henriq. in sum. li. 6. c. 9. §. 4. *μ* *Extra quem articulum Sacerdotes, &c.* Vtrum is, qui non habet potestatem absoluedi a referuatis, possit extra periculum mortis alijs peccatis absolueri eum, qui tales casus habet? Vide Syluestr. de bo. Confessio. 1. q. 19. P. Henriq. li. 6. c. 15. n. 1. P. Soar. tom. 4. disp. sect. 3. nu. 2. P. Aegid. d. tom. 2. disp. 8. nu. 99. & disp. 31. sect. 3. P. Val. Reginald. d. li. 1. nu. 63.

CAPVT VIII.

De satisfactionis necessitate & fructu.

*b infr. can. 11.
Gen. 3.
2. Reg. 11.
Num. 12. &
20. Sess. 6.
can. 30. &
cap. 14.* **D**Emum, a quo ad Satisfactionem, quæ ex omni Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita vna maximè nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab ijs, qui speciem pietatis habere virtutem autem eius abnegarunt: sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum, cuiusmodi à b Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam condonetur. Perpicua enim & illustria in sacris scripturis exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam prætionem, hic error quam manifestissimè reuincitur. *c 1 Cor. 3.
Eph. 4.* *d Heb. 10.
Rom. 2.* Et diuina iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo iniquam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter verò, qui semel à peccati & damnationis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, non temerè templum e Dei violare, & Spiritum sanctum contemnere non formidauerint. Et Diuinam clementiam non ita nobis absque vlla Satisfactione peccata dimittuntur, vt, occasione accepta, peccata leuiora putantes, iniurijs & contumeliosis Spiritui sancto, in grauiora delinunt, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi frenodam coercet hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresequerigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; meditantur quoque peccatorum reliquijs; & vitiosos habitus, & vitia

viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. *a* Neque verò securior vlla via in Ecclesia Dei vniquam existimata fuit ad amouendam imminens à *b* Domino pœnam, quam vt hæc pœnitentiæ opera homines cū verò animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quòd dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, *c* qui pro peccatis nostris satisfacit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficitur, certissimam quoq; inde artham habentes, quòd si compatimur, & conglorificabimur. Neque verò ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus, vt non sit per Christum Iesum. *γ* *d* nam qui *d* ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus; eo cooperante qui nos confortat, omnia possumus. ita non habet homo vnde gloriatur: *e* sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, *f* facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminū, & pœnitentium facultate, salutare *e* *g* conuenientes satisfactiones iniungere: ne, si fortè peccatis connueant, & indulgentius cū pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt Satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad prætorum peccatorum vindictam & castigationem: *g* nam Clauis sacerdotum non ad soluendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt & locent; nec propterea existimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ esse forum iræ vel pœnarum, sicut nemo vniquam Catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus im meriti & *h* satisfactionis Domini nostri Iesu Christi *h* *i* *l* *o* *b* *s *c* *u* *r* *a* *t* *i* *o* *n* *e* *m* *q* *u* *o* *d* *d* *u* *m* *N* *o* *t* *a* *t* *o* *r* *e* *s* *i* *n* *t* *e* *l* *l* *i* *g* *e* *r* *e* *n* *t*, ita optimam Pœnitentiã nouam vitam esse docent, vt omnem Satisfactionis vim & am tollant.*

REMIS-

a Ez. 33.
b Ion. 3. Hier. 3.
 18. & 25.
c 1. Sa. 30.
 Eccl. 17.
 Matt. 3. 4. 11.
 & 13. cū sim.
d Rom. 5.
 1. Iuan. 2. in
 princ. 2. Cor. 3
 Rom. 8.

e 2. Cor. 3.
 Philip. 4.
 1. Cor. 1. in fi.
f 1. Cor. 10. in
 fi. Gal. 6.
 Act. 17.
g Mat. 3. & 4.
 Luc. 1. 10. 17.
 e tempora, eū
 multis seq.
 20. q. 7. e. de
 pœnitentib.
 de cō. dist. 4.
 Cœ. Cartha.
 gin. 3. c. 31. &
 Conc. Carth.
 4. c. 74. Cœ.
 Cabilon. c. 24.
 & 30. Concil.
 Afric. c. 9.

h Matt. 16. &
 Ioan. 20. sup.
 ca. 1. in fin. &
 infr. can. 2. &
 11. de pœn.

incul. Tra
 declar
 anent
 ex. co

REMISSIONES.

Vide Bald. Iunium super opera controuers. Bellarm. p. 2. li. 3. per totum. P. Luc. Pinel. de Sacram. Pœnit. tract. 3. P. Aegid. Coninck. de Sacramentis, & censuris, to. 2. disp. 2. dub. 12. num. 100. dif. 4. n. 26. in fi. Pet. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Pœn. c. 23.

β *Sandè, & diuina iustitia ratio, &c.*] Vide P. Vasquez in 3. p. B. Thomæ tom. 2. disp. 157. num. 54.

γ *Nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus.*] Ex parte sonæ satisfaciendæ an requiratur primò vt sit in gratia? Affirmant B. Thom. & B. Bonau. P. Aegid. d. tom. 2. disp. 10. nu. 22. cum sequentibus.

δ An confessor possit inuitum pœnitentem obligare ad pœnitentiam, & si non acceptet, peccet ob id lethaliter contra aliquem ceptum? Negant Nau. in Man. c. 26. num. 20. & in c. contrarium pœnit. dist. 5. n. 18. post Caiet. Armil. Med. Syluest. & alios. Fr. Lud. Beia. respons. casuum conscientie p. 3. casu 3. vers. ex parte excipientis, P. Paul. Comitol. respons. Moral. li. 1. q. 35. Par. Ioannes bello, *na historia dos milagres de nossa Senhora do Rosario* li. 3. dist. Cened. ad Decretum collect. 40. nu. 2. P. Valer. Regin. d. lib. 7. Affirmant tamen pœnitentem sub peccato mortali teneri acceptam & implere pœnitentiam à Confessario pro peccato mortali legè iniunctam, si materia grauis sit, & velit absolutionem consequi. Confessor. de Sacram. nu. 209. Per Sor. lect. 4. de satisfact. 5. imposita pœnitentia, P. Soar. tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 2. post Magist. B. Thom. & Palud. P. Aegid. de Sacram. tom. 2. disp. 10. num. 79. P. Luc. Pinel. tract. 3. de satisfact. dub. 4.

ε *Et conuenientes satisfaciones iniungere.*] Vide P. Henricus de li. 5. c. 20. §. 5. & c. 21. in princip. P. Aegid. d. tom. 2. disp. 10. nu. 22. seqq. & à num. 70. P. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. li. 7. ad Paul. Comitol. respons. Moral. li. 1. q. 35. nu. 2. Fr. Ludou. Bellarm. conscientie p. 3. casu 1. fol. 275. & casu 2. fol. 281. verso.

CAPVT IX.

De operibus Satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse diuinæ misericordie largitatem, vt non solum pœnis, spontè à nobis vindicando peccata susceptis, aut sacerdotis arbitrio mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum moris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo afflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum propter Christum Iesum satisfacere valeamus.

à c. sunt plures, in fi. de pœn. dist. 7.

REMISSIONES.

¶ **V**trum iusti per opera pœnitentię, vel sponte assumpta, vel etiam illis pœcepta possint satisfacere pro pœnis ex peccatis remissis restantibus? Affirmant P. Soar. tom. 4. disp. 37. sect. 1. Card. Bellarm. l. 4. de Pœnit. c. 3. cum seqq. P. Valen. disput. 7. qu. 14. puncto 2. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 10. à nu. 14.

Doctrina de Sacramento extrema Vnctionis.

¶ **V**ltimum est autem sanctę Synodo, pœcedenti doctrinę de Pœnitentiã adiungere ea, quę sequuntur de Sacramento extremę Vnctionis: quod non modo Pœnitentiã, sed & totius Christianę vitę, quę perpetua Pœnitentiã esse debet, consummativum existimatum est à Patribus. Primùm itaque circa illius institutionem declarat & docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quovis tempore voluit de salutariis remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparavit, quibus Christiani conseruare se integros, dum viverent, ab omni grauiore spiritus incommodo possint, ita extremę Vnctionis Sacramento finem vitę, tamquam firmissimo quodam præsidio, muniuit. Nam etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat & captet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementiùs ille omnes suę versutię neruos intendant ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, d si possit, diuinę misericordię deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitę perspicit.

a infr. can. 2. de Sac. extrema Vnctionis. b Eph. 6.

c Pet. 5. 6. nulli dubium 3. 9. 6.

d Gen. 3. 6. infr. c. 2. in fi.

REMISSIONES.

¶ **V**ide Pat. Henriq. in sum. li. 3. c. 7. cum seqq. Viuald. in Candelabro Aureo de Sacram. tit. de Extrema Vnctione, Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Extrema Vnctio. Fr. Emman. qu. Regular. tom. 3. qu. 79. art. 1. cum duobus seqq. Pat. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 28. nu. 43. cum sequent. nouissimè P. Ægid. de Coninck. de Sacram. & censuris tom. 2. disp. 9. Greg. de Valentia tom. 4. disp. 8. P. Soar. tom. 4. disp. 39. & quinque sequentib. Pet. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremę Vnct.